

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor ba
cum uariis

In omni genere cause necesse est beniuolum, attentum, docilem efficere auditorem. Auditorum enim beniuolencia captabitur si res ab eis geste fortiter, sapienter, mansuete, magnifice proferentur. Attentos autem faciemus si demonstrabimus ea que dicturi sumus magna, noua, incredibilia esse, aut ad illos qui audiunt, aut ad homines illustres, aut ad deos immortales, aut ad summam reipublice pertinere. Dociles auditores faciemus si aperte et breuiter summam cause exponemus.

Tullius I. rhetorice.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

efficere] auditor auditorum enim benivolum attentum docilem efficere *add.* C; sapienter]
sapientes L²; dicturi] docturi L²; exponemus] exponamus M